



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 10. Ciceronis locus conuersus è Chrysippo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Ciceronis locus conuersus è Chrysippo.

CAPVT X.

**Q**UOD apud Ciceronem libro secundo De Natura deorum, de societate, quam parandi cibi gratia ineat pinna cum parua squilla, è Chrysippo sumptum esse arbitror: eò magis, quòd ibi Balbum de Stoicorum sententia disputantem facit: vt credibile sit, magnam partem illius disputationis non aliunde potius, quàm è Stoicorum libris esse haustam. Sunt autem Ciceronis verba hæc: *Pinna verò (sic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum parua squilla quasi societatem contrahit comparandi cibi. Itaque cum pisciculi parui in concham hiantem innatauerint, tum admonita à squilla pinna morsu, comprimit conchas. sic dissimilibus bestiolis communiter cibus queritur. In quo admirandum est, congressu ne aliquo inter se, quæ iam inde ab ortu natura congregata sint. Neque non eam coniecturam adiuuat, quòd hanc ipsam societatem exponi facit à Catone, libro tertio De Finibus: vbi etiam Stoicorum placita defendebat: vt planè videatur hoc Stoicum quiddam esse. Chrysippus autem libro quinto*

*ἀλλὰ καὶ ἡ δὲνῆς ἰτα ἔγραψεν: Ἡ πίννη, καὶ ὁ πιννοτήρης συμμένην ἐκ τῶν ἀλλήλων, κατ' ἰδίαν ἐδιδάμενα συμμένειν. ἢ μὲν οὐκ ἔστιν ὅσπερ ὄντιν. ὁ δὲ πιννοτήρης καλεῖται ὁ μικρός, καὶ ἡ πίννη διαστρέφεται τὸ ὄσρακον ἡσυχάζει, τὴν δὲ τὰ ἐπιζήοντα ἐξιδύδεται. ὁ δὲ πιννοτήρης παρεσὼς, ὅταν εἰσέλθῃ πιννη, δάκνει αὐτὴν, ὡς περ συμμένων. ἢ δὲ διηγεῖται συμμύζι. καὶ ἕτως τὸ ἀποληφθέν, ἐν δὲ κατεσθῆσι κοινῇ. φασὶ δὲ πινες, καὶ συγγενῶδες αὐτὰ αὐτοῖς, καὶ ὡς αὐτῶν ἐνὸς ἀέροςματι γίνεσθαι. neque tantum eo in loco, sed & multis aliis eandem historiam repetierat: vt ostendit Plutarchus in Commentario quo querit, Terrestrialia an in aquis degentia animalia prudentiora sint: his*

*verbis.*



verbis. ὃν ἐστὶ καὶ τὸ πλείον ἐξ ἀναλώσεως χρυσίου καὶ μέλαν πινυ-  
 ντήρας, παντὶ καὶ φυσικῶ βιβλίῳ καὶ ἠθικῶ περιδείαν ἔχων.  
 Plinius quoque postea & Oppianus libro secundo  
 idem prodiderunt.

*Explicatus & emendatus locus è secundo Epistolarum  
 ad Atticum.* CAPVT XI.

CICERO in quadam Epistola libri secundi ad  
 Atticum, cùm scripssisset, se cupere Alexandriam  
 & reliquam Ægyptum visere, rogat eum postea, vt ad  
 se scribat, quoniam Nepos proficiscitur, cui nam au-  
 guratus deferatur: Quo quidem, inquit, vno ego ab  
 istis capi possum. addit deinde: *Videte ciuitatem  
 meam. sed quid ego hæc, qua cupio deponere, & toto ani-  
 mo, atque omni cura φιλοσοφῆιν? sic, inquam, in animo.  
 sic vellem ab initio.* Hæc igitur verba, *Videte ciuitatem  
 meam*, quem sensum habeant alius viderit. Manu-  
 tius ait, esse hemistichium ex veteri poeta in misera-  
 bilem ciuitatis aspectum, ego locum corruptum ef-  
 se opinor, & ita legendum, *Vide leuitatem meam.* pla-  
 nè enim leuitatem quandam & inconstantiam consi-  
 liorum suorum tota illa Epistola indicat Cicero. fie-  
 ti autem potest, vt ex, *vide te*, factum sit, *videte.* dein-  
 de illud, *vitatem*, quod nihil significaret, transferit  
 in *ciuitatem.*

*Virgilij versus ex Æschylo imitati.*  
 CAPVT XII.

PRÆCIPERE ac præsumere oportere sapientem  
 omnia, quæ homini acerba & grauiua accidere pos-  
 sunt: talique præmeditatione leuiora illa, & perpeffu  
 faciliora effici, disputatum est copiose à Cicerone, li-  
 bro quarto Tusculanarum, allatiq; versus Euripidis  
 è The-

Lat. Mauret  
 Lectio  
 LII  
 25

Natu  
 bi gra  
 o sum  
 um de  
 edibile  
 liunde  
 . Sum  
 n Gre  
 patu  
 Itaque  
 e, tum  
 sic dif-  
 admi-  
 ab orn  
 turam  
 facit à  
 rorum  
 icum  
 Sei reg  
 uerit  
 p. m  
 esio  
 mmi-  
 eor  
 as è  
 ed &  
 endit  
 iatne  
 e his  
 rbis.